

Nr. 75

Kaufverträge des Egidius von Reims (ca. 573–590).

Flodoard, *Historia* (wie Anm. 1) II c. 2: *episcopiumque invenitur auxisse, arva sed et mancipia nonnulla emisse. Quarum eius emptionum adhuc quaedam quoque reperiuntur instrumenta, ut illud, quo campos duos a Boboleno super fluvium Rotumnam legitur dato precio comparasse, quorum unus modios mille tenere sementis alter inscribitur quadringentos* (es folgt Text Nr. 6) (MGH SS 13 S. 447, 41–45).

Nr. 76

Testament des Romulfus von Reims (ca. 590–596/613).

Flodoard, *Historia* (wie Anm. 1) II c. 4: *quorum ex parte maiore per paginam testamenti ecclesiam Remensem fecit heredem, quaedam dimittens fratribus vel nepotis suis, quaedam matriculae quoque sancti Martialis deputavit, quaedam ad basilicam sancti Remigii. Villam vero Lautiniacum super fluvium Caltaionem contulit monasterio puellarum Remis in honore sancti Petri constructo; quam villam dato pretio se memorat comparasse. Quedam preterea donaria testamento diversis attribuit ecclesiis tam Remensis episcopii quam Suessonici, sed et Turonici aliorumque quondam. Familiae suae partem maximam ingenuitate donavit* (es folgt der Text von Nr. 9) (MGH SS 13 S. 451, 27–33).

Nr. 77

Testament des Sonnatius von Reims (ca. 613–626).

Flodoard, *Historia* (wie Anm. 1) II c. 5: *Testamentum quoque rerum suarum condidit, in quo plura diversis donaria contulit ecclesiis: Basilicam tamen beati Remigii precipue sibi heredem instituit, ubi et sepulturam se habiturum delegit; ibique missorium argenteum deauratum deputavit, coclearia quoque duodecim et salarium argenteum ac portionem suam de villari quodam cum mancipiis, vineis, pratis ceterisque adiacentibus et alia nonnulla, quae se dato precio meminit comparasse. Ad basilicam sanctorum Timothei et Apollinaris delegavit quasdam casas tam iuxta ipsam ecclesiam quam infra civitatem. Ad basilicam sancti Martini, quem peculiarum patronum suum dicit, villam Mutationis, quam comparavit ad integrum, sicut a se possessa est, tradidit. Insuper et aurum dedit, unde calix inibi fieret. Ad basilicam sancti Iuliani recuperandam auri solidos quinque. Ad basilicam sancti Nichasii similiter solidos quinque. Ad basilicam sancti*